



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Coppensteinivs Conceptvvm Prædicabilivm In  
Dominicas Festaqve omnia per Annum**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1624**

In F. S. Dionysii Martyris. Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas in Sanguine Agni: Apoc. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51556](#)

Epi. &c. Ecce viuente videnteque Sanct. Franc. in uno Capitulo generali conuenere amplius 5000. religiosorum Romæ.

*Sustentat labantem Ecclesiam.* II. Fingatur de Atlante humeris eum duos orbis cardines sustinere. S. Franc. is est sustentator Ecclesie; vt de Lateranensi vidit Innocentius Papa. 1. Impletum istud, Eccl. 9. Inuentus est in ea, ciuitate obfessa & perdenda, vir pauper & sapiens qui per sapientiam suam liberauit eam. Turbatum orbem S. Franc eiusque ordo sedauit, à perditione liberauit. 2. Fuit ille, Eccl. 50. Simon Oitis filius, sacerdos magnus; qui in vita sua suffulsi Domum; & in diebus suis corroborauit Templum.

*Congregat adiutores.* Fuitis Mathathias: 1. Mach. 2. Videntes Templi euersionem, Legis Dei transgressionem, & populi vastitatem; sedit in monte Modim, in claustralibus conditus religione, & sedet vestimenta sua patinosus, & operuit scilicet, & exclamauit voce magna in ciuitate. Omnis, qui Zelum habet Legis, statuens testamentum, exeat post me. Et fugit ipse, & filii eius in montem religionis, & reliquerunt, quæ habuerunt in ciuitate. Ita S. Franc. & Ordo eius.

*Philacan-* III. Apoc. 7. Ecce ego Ioan. vidi alterum Angelus est or- gelum, ascendentem ab ortu soli, habentem bi. Signum Dei vivi. Vbi S. Bonav. Fide credendam, quod loquitur de B. Francisco. Zelose magis quam vere. Verum tamen, S. Frac. fuisse quasi angelum, qui clamaret precibus: Nolite nocere terra & mari. Nam adeo ipse fuit, Eccl. 44. Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus; & in tempore Iracundie factus est Reconciliationis.

*Peroratio.* Factus est sapientibus seculi stultitia contemtoribus, admiratoribus vita, sapientia: Nobilibus factus est speculum penitentiae & contemtus mundi: Religiosis ornamentum, adiumentum, firmamentum, & documentum. Dederus est natis claros habuisse parentes; Ni studeant illis moribus esse pares.

### IN F. S. DIONYSII Martyris.

Hil sanc, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolos suas in Sanguine Agnt:  
Apoc. 7.

*E* Lazar. 2. Mach. 6. nonagenarius, in Antiochi regis persecutione ad necem postulatus, dira, ac demum mortem pertulit. Lugubre spectaculum. Lugubrious S. Dionysii, sub Fescennio Præfide post dira perpesti, demum capite plexi.

### De eo nos

- I. An gubernet nostra Deus; quod iusti sic affligantur?
- II. De Areopagite S. Dionysii conuersione.
- III. Laudabiliter capesci Ethnicon scien- tias, quibus S. Diony. pollebat.
- IV. Cur tam cito ad Pauli predicationem conuersus sit Dionysius, demum Mar- tyrio coronatus.

### PARS I.

An gubernet nostra Deus, quod iusti sic affligantur.

I. SVnt, qui ex dementia, aut malitia Dubitantes cum Deo expostulant: ecce impro- de. De pro- bos fortunet, affligati iustos: quasi aman- nidentias tesi odissent, & odientes se amaret? V- regimini. bi loab, cæso Absolone cum Davide In- gente expostulabat 2. Reg. 19. Diligit odien- teste, & odio habes diligentes te: & ostendisti hodie, quia non curas de Ducibus tuis, & de ser- uis tuis.

Et usque eo progressi quidam impie- Negatur. tatis ac blasphemiarum sunt, quasi omnia ne gligeret Deus, temere que ferrentur. 1. De quibus Psalm. 91. Usque quo peccatores, Do- mine, usque quo pecc. gloriantur, & lo- quentur

quentur iniquitatem? Ecquam? Populum tuum humiliauerunt, & hereditatem tuam vexauerunt. &c. & dixerunt, Non videbit Dominus, nec intelliget Deus. 2. Hæc fouea Gentibus plerisque fuit. 3. Metuit ab ea Aegyptijs Moses, Exod. 31. Ne, queso dicant a Egyptijs: callide eduxit eos, ut interficeret in montibus, & deleret de terra. Dei namque prouidentiam ethnici negabant.

*litteris  
mentis* Hinc forte Manichæi hauserint com-  
mentum de duobus in mundo Diis, re-  
storibus sibi contrarijs, Bono, & Ma-  
lo.

*infatu-* II. Sancti arcanam eam Dei in regen-  
*placu-* do sapientiam mirati semper & venera-  
*rexiu-* res sunt: in vsu tamen difficultate non ca-  
*wia.* ret. 1. Ecce Psa. 75. Mei autem pene moti sunt  
pedes: pene effusi sunt gressus mei ad mun-  
dum terelicto. Quia Zelaui super iniquos,  
pacem peccatorum videns. In labore hominum  
non sunt, & cum hominibus Sanctis non fla-  
gellabuntur: ideo tenuit eos superbis. 2. Idem  
obstupuit Iere. 18. Iustus es Domine, Si dispu-  
tem tecum: verum tamen iusta loquar ad te.  
Quare vita impiorum prosperatur? Bene est o-  
mnibus, qui præuaricantur & imique agunt.  
3. Idem miratur Abacuc. cap. 1. Quare  
tares, impio conculcante iustorem se?

*litteris  
scriptis  
deus.* III. Fateor; hæc ita habent: Attamen  
mira sapientia. Deus suos affligi finit. 1.  
Quia sagittæ, è pharetra Dei in iustos  
missæ, sunt probationes ad Dei gloriam  
iustam. Iac. 1. Beatus vir, qui suffert, quoniam cum  
probatus fuerit accipiet coronam. Sap. 3.  
Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos  
se.

*litteris  
scriptis  
deus.* 2. Quia afflictiones sunt malleatio-  
nes, quibus Sancti aptantur in cœlesti  
templum: Vt Hymnus Eccle. canit. Tun-  
ctionibus pressuris expoliti lapides suis coaptan-  
tur locis per manus artificis. Saxa templi Sa-  
lononicæ in rupibus poliebantur foris at  
in Ierusal. tantum construebantur: Ita Tri-

bulationes sunt huius mundi, consola-  
tiones alterius.

3. Quia Cœlum non nisi per aduersa 3. *Adversio-*  
paratur. Hoc celi premium dilaudatur *riam &*  
Romanis, cap. 8. Non sunt condigna paſſio- *meritum.*  
nes huius temporis ad futuram gloriam, que  
reuelabitur in nobis. Huc respexit S. Dio-  
nysius cum sociis, & cruciatus omnes de-  
spexit.

## PARS II.

### *De Areopagita S. Dion. conuer-* *sione.*

I **A** Nte Dcc. annos agitata quæstio est: *S. Dion fu-*  
*An Parisiensis Episc. S. Dionysius it Areopa-*  
fuerit ille Areopagita. Affirmat Hinc- *gita Gra-*  
marus Rhem. Archiep. ad Carolum Cal. *ca.*  
uum Imp. Idque 1. Ex attestacione græca:  
Quando Michael Imp. missa Legatione  
ad Ludouicum Pium id docet, simul re-  
perta S. Dionysii Commentaria ei mittit:  
repente miraculis coruscantia: teste Hil-  
duino Epis. ad Ludou. 2. Ex attestacione  
Rom. Anastasij: quod S. Methodius Episc.  
vitam S. Dionysij conscriperit: quam  
latinam fecit Anastasius, & ad Ludou.  
misit.

Stephanus Papa Pipinum inauguru- *Confert sa-*  
rus dum init Galliam morbo corripitur, *nitatem.*  
à S. Dionysio restituitur: qui de reliquiis  
eius secum Romam deferens, basilicam  
ei collocat, cui græcos monachos præhi-  
cit: Quia S. Dion. è Græcia fuerat oriun-  
dus.

Eum S. Paulus baptizauit, deditque *Conuersio-*  
Athenis primum Episc. Mirum: tam cito *magnatum*  
se dedisse fideitalem virum: Philosophi *est diffici-*  
tantum! 1. Arist. 4. Meteorum & alij tra- *litor, quam*  
dunt, ferrum è terra natum posse cudi;  
at in nubibus ortum, contusum obdure-  
scere. Ita peccatores, quamvis obdurati,  
modo sint obscuri generis è vulgo, facile  
emol-

emollescūt, at illustres & docti, quasi cœlo lapi, agerrime cōvertūtur. 2. Planetæ altiores mouentur lentius: Vt luna infimus intra 31. dies cursum peragit citatissime, at Saturnus nec intra 5000. annorum circumuit. Ita homines inferiores ci- tius, tardius superiores fidei dant manus.

3. An nō Pastores natum Domini primi, Magi postremi adorauerunt? Quo admirabilior Areopagita conuersio est.

*Areopagi  
Iudicium  
quale.*

Budeus in Pandectis 1. vlt. de sen. est autor: Areopagum i. esse locum in monte Martis, prope Athenas situm, 2. Vbigenitis nobiliss. & doctiss. quiq; affestores summi iudicij ius respondebant, 3. tertio quot mēsibus. Perorantibus causam suā rhetoricas præco silentium indicebat, ne quis affectu duceretur impresso: 4. ne & persone respect:; nocte ius dicebant. 5. Tanti id per orbem fuit, vt etiam Rom. Procōsules Aliz causas eo deferrēt Agell. I. 12. c. 7. Et ceteræ nationes hoc iudicio stabant.

*Paulus ibi  
causa sua  
egit.*

Hinc & S. Paulus Athenis prædicans, causa sua Aet. 11. se Areopagitis silttere iussus est. Ad quos ille intrepide stans in medio Areopagi, ait: *Viri Ath. per oīa qui si superstitiones vos video.* Audax hoc ibi, Vnde Romani legatione missa, leges petierant; ubi orbis Iudices, oculusque orbis erat; Vbi mors decreta ei, qui Diis aduersaretur, aut Deum nouum induceret, inconsultis Areop.

*Vbi Philo-  
sophi athei  
damnati  
sunt.*

Ideo hic, teste Josephol. 2. cont. Appion. & Anaxago. Claxo: morti addictus, quod solem esse saxum æstuans doceret, quem iij Deum colerent. 2. Hic Diagoras Melius iter in morti deditus, quod Deos Sacraq; omnia rideret: promisso argentitalento, qui eum trucidasset.

3. Protagoras, quod dixisset: *De Diis neque ut sint, neque ut non sint,* habeo dicere. Fugalapsus damnatur absens.

4. Socrates Reipublicæ oraculum,

damnatur tamen. *Iura violat Soc. Deo esse negat, alia noua demonia inducit.*

III. Itaque miranda est & Pauli de Chri. Dionysj sto prædicatio, & S. Dionysij, viri tanti, conuersio. Cuius 1. Causa, De gratia, qui, causa cuius vult miseretur, & quem vult, indurat. Exod. 33. Miserebor, cuius voluero, & clemens ero, in quem mihi placuerit. Si vere Pilato: Matth. 27. Nescis, quia potestatem habeo di- mittere, & potest a me crucifigerete? verius Deo est eadem potestas.

2. Causa, Ipsius conuersi dispositio, na- tura sapientis studio à pueris exultti. Ita Prouerb. 8. Qui mane ab aurora ætatis vi- gilarint ad me, inuenient me. Sic Diony- sius, ceu Psaltes 84. In laboribus à iuuentute mea exaltatus sum in scientiis, & humiliatus ad obedientiam Fidei, & conturba- tus metu iudicii diuini, ni parerem Verbo Dei.

### P A R S III.

Laudabiliter capesci ethniconum scientias: quibus S. Dionysj. polle- bat.

I. Laudabile igitur est literis à puerō scientiarū insuescere. Scientiæ enim sunt pe- lae mul-  
dissequæ sapientiæ.

1. Sic plerique istud Prouerb. 9. intelli- gunt: *Sapientia edifi. sibi domum, vocavit an- cillas in arcem, id est, scientias.*

2. Hisce sponsam ornat sponsus, Cant.

3. Murænulas aureas faciemus tibi, vermicula- tas argento.

3. Artes liberales sunt Filiaæ et alieni- genæ Deuter. 21. quæ bello captæ studio- rum, Fidei Theologiæ possunt mari- tari: modo vestes eis mutentur, come- præscindatur, & vngues.

4. Sunt item diuinitæ istæ Israelitarum ab Aegyptiis acceptæ, ut in cultum taber- naculi vertantur.

5. O-

5. Osee duxit meretricem ; iussu Dei, Gomer, filiam Debelaim. i. radicem dulcedina : quæ peperit ei filium Israël. i. semen Dei. Artes sunt filia fornicariæ idolatriæ. 6. Isaías, c. 37. iussu Dei, nouacula se feradit, pilosque per compita spargit. Ita ethnicis mos est scientia suæ abradendæ ac in Ecclesia spargendæ. Aut ipsæ sunt à vanitatibus ethnicis mundandæ. 7. Ita Ezechiel, c. 5. iussus abrasit sibi Cœsariem, sceleribus Ierosolymitarum ostendens ; fore, ut impij omnes tollantur : Sic ethnicit tollendi. Scientiae sunt asseruandas. Ista omnia Hier. in responso ad Oratorem Rom.

1. Scientiæ sic haustæ fiunt Ensæ Go-  
dæ ma- liathæ in nouis Davidibus.

Atat bene Arist. in problem. Scientia in homine malo est nequitia habens arma. 1. Scie-  
tia vitiis maritatae, sunt Gen. 19. puellæ So-  
domæ ad ebrietatem & scelera suadentes, & patrum suorum exitium causan-  
tes. 2. Sunt zizania Ecclesiæ, ab inimico,  
ad semen castum suffocandum, noctu  
sparsa. 3. Sunt coma Absolonis, quæ Do-  
minum suspendunt in mundi deserto.  
2. Reg. 18. 4. Sunt thesauri vani Ezechiæ,  
4. Reg. 20. quæ Dominum regno & vita  
exuunt. 5. Sunt literæ Vriæ in sinu, 3. Reg.  
12. ad necem Domini. 6. Sap. 13. Vanis sunt  
homines, in quibus non subest scientia Dei.

II. At S. Dionysius scientiam suam &  
viuendi modo iuxta naturam, & officijs  
professione declarabat. Astrologus de-  
gens Heliopoli cum Apollophane Phil.  
solis defectum, ex Christo passo factum,  
notans aiebat: Aut Deus nature patitur : aut  
mundus dissolutur. Ita Baro. to. 1. anno 52.  
S. Ambrosius Epif. ad Vercell. vultè Sto-  
corum Phil. numero fuisse : teste vitæ ri-  
gore. Metaph. ait, Areopagitarum prin-  
cipem facit: ita & Sycellus.

Conuerso præcepta sua doctrina ei mi-  
tifice profuit ad aliorum conuerzionem.

Similes pene illi fuere in Ecclesia Iustinus  
Martyr, ante Philosophus ; Lucas prius  
medicus, Paulus ante legisperitus, Apollo  
Athen. orator. &c. Hi deserta verterunt  
in hortos, spineta in roseta, sic moros &  
oleastros scientiarum in arbores feraces,  
zizania in triticum, lupos in oves, serpen-  
tes in columbas, philosophos in Theolo-  
gos.

S. Dionysio quis profundior Theolo- Fuit Theo-  
gus ? 1. S. Chrys. vocat eum Auem cœlestem. logos.  
Alij Theologum diuinissimum, Satratissimum.  
C. Gallie Apostolum. 2. Testis liber eius de  
cœl. Hierarch. quem nemo sat intellexit  
ante S. Th. Aquitatem.

Extat eius ad S. Ioannem in Pathmo Vatidicus  
consolatoria & vatidica: Post paululum ve- S. Ioanni.  
ro, dicamen et si audax videatur, tibi cha-  
risse, societate iungemur. Tu autem prorsus  
dignior, cui fides habeatur si que tibi præcognita  
sunt: quæ a Deo didici, hoc loquar ; quod scilicet  
ex Pathmi custodia dimittendus es liber, & in  
Asiaticam terram reuersurus. Factum anno  
insecuto, cœlo Domitiano.

#### PARS IV.

Ad Predicationem Pauli cur tam cito conuer-  
sus sit Dionysius, denique marty-  
risatus.

I. Tertia S. Dionysij conuertendi ratio vis prædi-  
cione. Est S. Pauli predication. Ea vis est cationis.  
Verbo Dei. 1. Psalm. 18. Lex Domini imma-  
culata, conuertens animas. 2. Ps. 28. Vox Domi-  
ni in virtute, Vox Domini in magnificencia,  
vox Domini confingentis Cedros, Areopagi-  
tas, Philosophos, Imperatores. &c.

3. Ier. 23. Nunquid verba mea sunt ignis Conterens  
comburens ; & sicut malleus conterens petras? petras.

4. Quare Num. 20. Loquere ad petram, & da-  
bit tibi aquas.

Perra duriores peccatores, Psalm. 103. Est vox te-  
A voce tonitru tui formidabunt. 2. Ta-  
nitru. Tttt lem

*Angelis  
predicant.*

Iem Ioannes Apoc. 14. Audituit vocem de cœlo, tanquam vocem aquarum multarum; & tanquam vocem tonitruis magni. 3. Ecce ibidem quod Angelii prædicatores repræsentent: Vidi, ait, alterum Angelum volantem per medium cœli, habentem Euangelium eternum, ut euangelizaret sedentibus super terram, & super omnes gentes. Timete, &c. Et alius Ang. dicit: Cecidit cecidit Babylon, quæ à vino fornicationis sua potavit omnes gentes. Et tertius Ang. ait: Si quis adorauerit bestiam, &c. Ecce, primus prædicat Deitatem & cultum: Secundus Iudicium Dei exemplo: Tertius poenas & vindictas peccati. Angelii ergo prædicatores sunt, habentque & exemplum, & materiam prædicandi à prædictis. Eisdem 7. Angelis dictum: Apocal. 16. Ita, & effundite phialas iræ Dei in terram, &c. Vera bonorum prædicatorum imago, nil metuere, rogare, monere, minari, tonare, &c. Talis Paulus Athenis, & alibi.

*Deum igno-* Ibi visa aræ Epigrapha; Ignoto Deo: ait tu esse au- A&t. 7. Quem vos Deum ignoratis, hunc ego tor gratia annuncio vobis. Tametsi, ut Cic. ait l. de nat. Deorum: Nulla gens adeo sit barbaræ, quæ, si cœlos adspiciat, Deos esse non sentiat: Philosophi tamen Deum, & si naturæ, at gratiæ autorem non agnouere. Nec posse: quia lux naturalis rationis usque eo non pertingit.

II. S. Dionysius tantæ scientiæ, sapien- tiae, autoritatis conuersus inconstantiam redolere videtur: Nam 1. Sapiens ait: Qui cito credit, leuis est corde. 2. Et Dominus discipulis moram longam dedit, usumque conuersationis suæ.

*Causa cito* Verum cito eius conuersio non erat le- conuersi s. uitatis, sed dexteræ Altissimi. 1. Voluit id Dionysius ita Deus; quo pateficeret Philosophiam 1. Philoso- inter & Theologiam sympathia, & con- phia & cordia: at philosophis rationi consona- Theo'. con- sunt visa, quæ de Christo ex prophetis & cordia. miraclis prædicabantur. Psal. 4. 92. Testi-

monia tua credibilia facta sunt timis. 2. Ut 2. Sapientes seculi confunderet Deus. 1. Co- tum con- rinth. 1. Perdam sapientiam sapientum, & fuso- prudentiam prudentium humiliabo. Factum per idiotas cum sapientum stupore ac pudore. Victi academias damnarunt, crucem Victricem adorarunt. Dionysius ex- exemplum valuit. Nam & quidam alij viri, adherentes ei, Paulo, crediderunt: in quibus Damaris, & alij cum eis: Chrys. Amb. Aug. aiunt Damarim Dionysius vxorem fuisse.

Felix matrimonium! Vere uniformi. Coniugii-  
tas religionis inter coniuges matrimo- vniu[m] reli-  
nij est beatitudo: Secus, si disformitas gionis s[an]cto  
fuerit.

1. Hinc Jacob, Gen. 32. Dinam regi Similis Archisynagogi, Ioh. 4. Nam credit ipse, & domus eius tota. 2. Similis Regis Niniue: Jon. 2. cuius exemplum & mandatum valuit ad urbistotius pœnitentiam. 3. Pla- ne ut primum Mobile secum orbes ra- pit inferiores: ita Magnatum conuersio causat inferiorum conuersi.

Dionysianæ conuersio similis fuit 1. Similes Archisynagogi, Ioh. 4. Nam credit ipse, & domus eius tota. 2. Similis Regis Niniue: Jon. 2. cuius exemplum & mandatum valuit ad urbistotius pœnitentiam. 3. Pla- ne ut primum Mobile secum orbes ra- pit inferiores: ita Magnatum conuersio causat inferiorum conuersi.

III Erasmus, nugo effrons, negat fuis. S. Dion. se S. Dion. Areopagitam: Sed is & fidem adfuit, & negauit vir apostata. Lib. de diu. Nom. pulchra ita S. Diony. scribit l. 1. c. 3. Apud ipsos diuinum spiritu plenos Pontifices nostros cum & nos, (vt nos) & plerique alij ex S. Fratribus nostris, ad continuendum corpus illud B. V. M. quod auto- rem vita receperat, conuenissimus: aderat autem frater Domini Iacobus, & Petrus supre- mum decus, & antiquissimum Theologorum culmen. Bar. to. 1. Nec solum ij, sed & apo- stoli cæteri.

Postquam vero S. Dion. 25. annis A- fit Apo- thenis Episcopus præfuisset, à Clemente lus Galia, Pont.

Pont. in Galliam missus vineam Domini  
Sabaoth plantat excaudicatis dumetis,  
dæmones effugat, idola prosternit.  
Sed & odia, insidias, persecutiones  
subit, taureis cœditur, cruciatur, torre-  
tur igne. &c. omnia perpetitur. Quare Ps.  
148. Et aquæ tribulationum, qua super celos  
sunt, super coelestes viros, laudent Nomen  
Domini.

Bestiis obiectus non Iæsus magis est,  
quam Dan. 13. tres pueri in Babylonica  
flamma. Quin ut agni ad pedes eius se se  
apposuere. Nec plus Iæsus in ardente for-  
nace, quia Psalm. 16. Igne me examinasti. Et  
non est inuenta in me iniurias. Demum ca-  
pite plexus, id baiulat, quo volebat tumu-  
lari.

Visum à S. Regulo Arelat. Episc. no-  
men eius aureis scriptum per columbam  
sub missa circuferri. Vixit annis 90. Ple-  
riique Apostolorum discipuli fuere long-  
ævi: Ut S. Ignatius vixit ad usque Traia-  
num: item Quadratus, alter S. Dionysii  
Athenis successor. S. Herma vixit usque  
ad Antoninum Pium: S. Simeon Epis. Le-  
rosoly: annis vixit 120. vix minus S. Poly-  
carpus: Forte, ut testes Christi & Apo-  
lorum certiores essent.

IN FESTO S. LVCÆ EVAN-  
gelista.

Designauit Dominus & alios septua-  
ginta duos. Luc. 10.

In idem Euangelium vide Con-  
ceptus in festo Sancti Marci  
Euangelistæ.

Ezechiel cap. 1. & Apocalypsis cap. 4. a-  
nimalia describunt quatuor, plena  
mysteriis: harum unum Vitulus est, quo  
omnes Lucam designari consentiunt.

Cuius ad laudem nos

I. De missis animarum Curionibus in e-  
tate gratiae.

- II. Demodo Apostolice Missionis: cur sine baculo.
- III. Cur sine pera, & Calceis?
- IV. De S. Luca variis scientiis.
- V. Deciusdem Boue symbolico.

### PARS I.

De missis animarum Curionibus in  
AEtate gratiae.

I. Tres mundi status, & cætates celebrat Tres mun-  
Scriptura. Primum, Rom. 5. Regna- di status  
uit mors ab Adam usque ad Moysen. Secun- precipui.  
dum, à Moyse ad Christum. Tertium, à  
Christo ad usque finem mundi.

In unoquoque misit Deus animarum in singulis  
procuratores. In primo Patriarchas: in operarii a-  
secundo Prophetas, in tertio Apostolos, nimarum  
& LXX. discipulos. De quibus Eph. 4. Et certi.  
ipse dedit quosdam quidem Apostolos: quosdam  
autem Prophetas: alios vero Euangelistas: alios  
autem Pastores & Doctores, ad consummatio-  
nem Sanctorum.

Mystice iij representati, Matt. 20. Simile At in ter-  
est regnum celorum homini Patrifamilias, qui rō eximū.  
exiit primo mane conducere operarios in vine-  
am suam, &c. Itemque hora tertia, sexta,  
nona, undecima. Ac licet in omniatate  
mirosmiserit viros; in tertia tamen se  
maxime prouidum declarauit in Eccle-  
siæ regimine instituendo singulari: vt es-  
sent Apostoli, Martyres, Confessores,  
Doctores, Virgines, &c. Esetque Mirabilis  
Deus in Sanctis suis: Nec cum his confe-  
rendi essent Sancti in primo, secundove  
statu.

II. Amalecita bello Israelitas lacesse- Figura  
bant: Exod. 17. Tunc Moyses omnem po- 1. Selecti,  
testatem dabat Iosuæ: Elige, ait, tibi viros ac fortis:  
potentes ex omnibus filiis Israel: & egredere, &  
conflige cum Amalec crastino. Notat Orig.  
hom. 1. in Iosuen, eum tunc primo le-  
sum dictum fuisse. Ideoq; vere designat  
Iesum: cui data est omnis potestas: qui que  
cum eadem & elegit, & misit viros, in-

Tertio 2 com-